



Trabo III. 3407.

GENETHLIACON,
JESULO, ⁸³

Regi Regum, & Domino
Dominantium,

M. DC. LXXVI.

feliciter Natalitio redeunte,
Sacrum,
Cum

Regeneratione Christianorum
piè collatum,

contestandæ SALVATORI SUO Devotionis datæ,
dedicavit

M. GABRIEL SCULTETI,
Sellecen-Nob. Hungarus.



LIPSIÆ,

LITERIS CHRISTIANI SCHOLVINI.



Visquis amas Hominum JESU Nascente
Renasci;
Accipias JESU dulce Genethliacon,
Virginis est Castæ, verum sine, Pusio, Patre,
Purus Homo non est, sed simul Ipse DEUS!
Unica Persona est, Naturas continet ambas:
Distinctas, nunquam dividet ulla Dies!
Dat Divina Suas Humanæ Proptietates;
Hujus at Illa capit: Christus ut Unctus agat.
Virgo MARIA Parens, fuerat Curator JOSEPH;
Quos Infans natus fecit utrosque prius.
Ille quidem semet prædixerat, inde Prophetæ,
Angelus & natum nunciat esse modò.
Nascitur in Tenebris, quia Lux est splendida
Mundi;
Tradere Divitibus venit egenus opes.
Hospitio caruit, Dominum nesciverat Orbis;
Exulat in Membris sic Hodieq; DEUS!
Cresce Puella Tuis, Mirabilis esto per Orbem,
Omina portendunt, grandia Facta fore!

Talia

Talia dicturus fueram, si vivus adessẽm,
Nunc TIBI grandævo, sed quoque grato cano.
Natus nempe Tibi, mihi, natus & omnibus Unus:
Ergo Renatos Nos condecet esse DEI.
Est sacra Virgo quasi, Baptisma Puerpera sacrum,
Christicolis Homines arctius unit idem.
Omnis Homo genitus, quamvis utroque Parente:
Christicolis deficit talis uterque simul.
Christicolæ fiunt, sed non nascuntur in Æde;
Pro Patribus Nummos convocat ore miser!
Com-Matresque - Patres, Pueri quid sunt, nisi Te-
stes,

Quem posthac spondent vivere jure DEO!
In Christo fuerat duplex, sed Recta Voluntas;
In Nobis duplex, sed tamen una bona.
Corpus enim Nostrum, tunc incipit esse Palæstra,
Quò Vetus atque Novus sæpè duellat Homo.
Dotibus acceptis Virtutum Luce coruscat,
In tenebris Veteris, vult radiare, Novus.
Quin Vetus & Cæci mendicat ad instar egeni;
Sed Novus acceptas fundere gaudet opes,
Felix Bellator, Veteris qui Corpora calcat,
Affectusque malos mittit in Exilium!
JESULE, Corde rogo, titubanti, Nate, Renato,
In Me, contra Me, Tu sacra Bella gere!

Cre.

Crescat ut aucta DEI rursus Pietatis Imago,
Adam quam primus perdidit Eva Parens!
Da Populo Pacem, multos celebremus in Annos
Natalem, læti cum Probitate, Tuum:
Nec malè Baptismi, rumpamus Fœdera Sacra,
Spiritus famulis se sociando vafrè!
Suscipe Sancta Trias, Precibus cum Vota ligata,
Pectore quæ fundit, nec tunc Amore miser!
FaC NoVVs! & feLIX AnnVs Meet Iste PatronIs
PerpetVò fanIs, ne sIt Inepta Dies!



Umg. VI 6

ULB Halle

3


005 905 370



VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 Centimetres

Tabo III. 3407.

LIACON,
JULO,

83

& Domino
tium,

XXVI.

io redeunte,
n,

Christianorum
tum,

SUO Devotionis datae,

SCULTETI,
Hungarus.



E,
SCHOLVINI.